



# Pro Sacerdotum Barbis

<https://hdl.handle.net/1874/420545>

**P R O**

S A C E R D O T U M

Barbis.

Authore Io. Pierio Valeriano.

Prius Rome cum Clementis V I I . Pont. Max.

Priuilegio emissus.



P A R I S I I S

Excudebat Christianus Wechelus, sub scutis

Basilensi, in uico Iacobeo, anno

M. D. X X X I I .

F. MINITIVS CALVVS ANDREAE  
ALCIATO IVRE CONSULTO S.

**S**cipiſſimi nuper ad me, uir Clariss. ut te de Italo-  
rum omniū studijs & lucubrationibus, quot &  
quācūq; eſſent, certiore redderē, de diuinis  
humanisq; rebus qua gereretur, de publicis priua-  
tisq; negotijs, etiā qua nihil ad te attineret, quādili-  
gētissime pſcriberē. Faciā id quod iubes, qd nihil &  
que charū est mihi, qd Alciato uiro undecūq; doctissi-  
mo gratificari. Habebis igitur quotidie à me literas,  
que te de oībus, que ſcire cupis, admoneat. Quod ue-  
rō pertinet ad ſtudiosorū lucubrationes, mitto nūc  
ad te Pierij Valeriani amici noſtri p ſacerdotū Bar-  
bis deſenſionē, quā ſpero et in genio et eruditione tua  
nō indignā. Utinā uero & que in PANDECTA-  
RVM CASTIGATIONES ex antiq; codicibus elu-  
cubrauit, de ſacris quoq; Aegyptiorum literis cōmen-  
taria, Elegias amatorias, Hymnos aliquot, et pleraq;  
alii mittere potuiffem, ut quantū is pro ſtudiosorū  
utilitate laborauerit, in ſpiceres, hominēq; magis ac  
magis tibi fuſa peres diligendū. Huius uero editionis  
ego autor fui, qui ſciebā abhinc bienniū priorē in  
hāc materiā eius apparatū quēdā in manus hominū  
(autore in ſcio) prodijſſe, et in exemplaria multa ī de-  
scriptū, ubi multa eſtem, que Pierius mox ſuſtulifſet,  
immutaſſet, et caſtigatoriа reddidiſſet. Que ſi qd im-  
primenda curari t, nō paruā offenſionē autori feces-  
rit. Tu uero leges deſenſionē hāc, & intra paucissi-  
mos dies, ab eodē lōge uberiora alia, que cito publi-  
cabūiur, expectabis. Vale.

# IO. PIERIVS<sup>3</sup>

VALERIANVS BELVNE N.

Pro Sacerdotum Barbis, ad Clariſſ.

Card. Hippolytum

Medicen.



D M O N V I S T I N O S,  
Antistes amp'iss. ut quoniā  
nōnulli haud postremē au-  
toritatis uiri, concilijs cuiu-  
sdam legem, Alexadri III.  
ut ipſi auunt, rescripto cor-  
roboratam, anteacta etate  
per annos aliquot obseruat-  
tam, nostro autem tempore non temere deſtitutam,  
iterum tentant apud ſummum Pontificē, nulla ciuſ  
qua nūc grauiſſimē uexatur, naletudinis ratione  
habita, uocare, priuſquā edictum proferatur, Barba-  
bam deponere omnes, qui auſpicijs tuis uiuimus, in-  
cipiamus, atq; ita exemplo reliquias futuri, ſponte fa-  
ciamus, quod omnino lege lata facere compellemur.  
Id quod etiam ſi nullē cogant leges, tuo unius iudi-  
cio & autoritate moti, libentissime facturi ſumus.  
Sed enim cū pleriq; ingenio & doctrina, addam  
etiam probitate, & ſapientia preſtantes uiri, ince-  
ptum hoc haud ita probent, uiolariq; hinc ſacerdotij  
grauiatatem arbitrentur, que de Barba ipſa plurimiſ

A ij sibi

## 4 PRO SACERDOTVM

sibi uendicat dignitatis . Cumq; alij legem illam non  
eo modo , quo in uulgatis exemplaribus habetur la-  
tam asseuerent , Alij quamuis lata olim fuisset , lon-  
go tamen usu tacitoq; consensu clarorum hominum  
antiquatam prædicent , Alij si non lata modò , uerunt  
etiam si aliquandiu obseruata , etiamsi repetitus in-  
super decretis uiires acquisiuiisset , quia tamen minus  
honesta sit , abrogandam censeant multaq; quotidie  
in hanc sententiam disputatione: Tuq; ob excellentis  
ingenij tui acumen , studiumq; ea omnia cognoscen-  
di , que te digna sunt , huiusmodi disceptationibus  
plurimum delecteris , non ab re me facturum arbi-  
tratus sum , si Barbarum defensionem , pro collegij  
Sacerdotalis tuenda dignitate suscepissim . Ita enim  
tibi rem gratam me facturum intelligebam , atq; ego  
intermissum per tot annos hoc dicendi studium eram  
non sine iucunditate mea repetiturus . Spero au-  
tem futurum , ut cum ea quæ dicturi sumus per-  
cepta fuerint , eorum deprehendatur error , qui Sa-  
cerdotem nihil minus decere , quam Barbatum esse ,  
persuasum habent . Siquidem ex huiusmodi leui-  
tatis usu , multa contra Sacerdotij decorum fieri  
uidemus . Euangelio quippe grauitatem , uirilitatem  
despici , seueritatem illudi , & uenerabilis in homine  
conspicetus dignitatem eleuari . Nam quin Barba ui-  
rum & probum & honestum , imprimisq; grauen  
atque seuerum deceat , qui negare uelit , inueniri ne-  
mici arbitramur . De ijs loquor , qui rationibus po-  
tius

sis acquiescunt, quām opinionibus suis adh̄erescat.  
 Quod si probū et honestū virū Barba decet, Sacer-  
 dotem quoque, cui totius probitatis & honestae uitæ  
 exemplar eſſe debet, ante alios addecere non tem-  
 re forsitan opinabimur. Nulli enim dubium est, ſeue-  
 riorem hominis habitū, eo molli & effeminiato lau-  
 dabiliorē eſſe, in viro præſertim ſacris initiato,  
 quicq; alios instituturus fit, atque etiam caſtigaturus,  
 futurusq; ut Aegyptij uolunt, tanquam canis latrans  
 in hominum uitij incessandis, quia qui muti ſunt,  
 ab Hieremia reprehenduntur. Quin etiam eadem de  
 cauſa Barbatus magistros maiores nostri cum primis  
 approbauerent. Neq; eſt, ut iſti dicāt, ſe Barbam pouere  
 humilitatis cauſa, ut cultumaspernentur, ſiniq; ul-  
 tro hominibus opprobrio atque conuemptu, quod in  
 capillo tondendo forsitan admittimus, ſed in oris mol-  
 licie curāda nemo unus, qui bene ſentiat, humilitatem  
 interpretabitur. Mentum ſiquidem et faciem omnem  
 rasitare, nimirum nequitiae deliciarumq; cauſa cœ-  
 ptum. Quicq; id frequentius egere, inter effemina-  
 eos dubio procul habiti, etiam ſi multis & magnis  
 uirtutibus alijs, domi forisq; clari extiterunt. Possem  
 ad hoc innumerabilia totius antiquitatis exempla,  
 tam Hæbreorum quām Græcorum recitare: Sed quo-  
 niam Romani ſumus, & Romana eſt ecclesia, qua  
 de nunc agitur, priuquam ad noſtra hæc tempora  
 deueniamus, non ab re fuerit antiquorum etiam mo-  
 res perſerutari. Quare quid de Barba Romani olim

A iiij ſenſerint

senserint videamus. His enim utpote virilibus, tardior in tonsoribus consensus fuit, eaque de causa maiores eorum à scriptoribus intonati plurimi appellantur. Post Romanam enim conditam non ante annum quadringentesimum quinquagesimum quartum eorum usus reperitur. Adduxit hos ex Sicilia P. Ticius Mena, si Varro credimus: nam intonatos ante uixisse Plinius etiam attestatur, primumque omnium radi quotidie Aphricanum instituisse, quem studiose admodum Augustus Octavianus imitatus est. Sed enim Scipio nota est, q; mollis esset, nunquam caruit, deque cultus eius non modo Romano, sed ne militari quidem, deque hominis desidia, multa ulro citroque iactata sunt. Quin etiam in ea expeditione, qua nulla unquam Romano populo maioris momenti credita, ea ipsa inquam, ubi Carthaginis excidium pro libertate Italae, pro Romanorum omnium uita & nomine parabatur, de soluta sub eo duce militie disciplina Romanusque non priuatis tantum, uerum etiam publicis Ciuitatum expostulationibus exaudire sunt in senatu querimoniae. Agite igitur uos quoque Siculorum instituta sequimini, Syracusanos etiam approbatus luxumque frequentissimis Antiquorum adagijs damnatum imitamini, ut non modo si ignavi eritis, uerum etiam si strenui, si clari, si triuphales, uestram hinc omnem gloriam obscureatis. Sed quid super Augusto dicam? Nunquam ille profecto tam magnam effeminati animi suspicionem concitauit ex armis  
bus

bus impudicissimis, à se in balneis editis, q̄ ex fre-  
quenſ nouacularum uſu. Et ne multa in re tam ma-  
nifesta exempla congeram, omnis deniq; pilorum de-  
positio, multebre nescio quid, omnium ferē gentium  
et tē porum consensu sapere uisa est. Hinc fiuere na-  
tiones aliquot, quæ Barbā in luctu ponerent moeſti-  
tiae ſignum, propterea quod fœmineū eſſet fragi et  
lamitatibus, neque lugere uirili habitu cōgruum iudic-  
earent. Sanè Romani Barbae cultum tanto fuit ho-  
nore prosequui, ut louem ipsum nusquam niſi Bar-  
batū figurarint. Ipfis uero Quiritibus quantum gra-  
uitatis et autoritatis Barbæ attulerint, inde manu-  
festum, quod cum capta à Senatoribus Roma hostes  
ingreſſi eſſet, patres pro foribus suorum quisque  
edium in ſella ſedentes, Barbata illa dignitate tan-  
tum hoſtibus, et quidem feris, admirationem incuſ-  
ſere, ut illi totidem ſe numuna confiſcere, quot ciues  
Romani erant, arbitrarentur, donec umis aliquanto  
ferocior Senatoris unius Barbā manu demulcere ag-  
gressus, ab eo uirga percuſſus, prohibitiuq; fuit: quo  
facto indignali Barbari, Romanos illos omnes, et  
etate et habitu uenerabiles ad unum trucidarunt.  
Ita illi quos Romanorum gladiorum uis non edomue-  
rat, Barbarum iam erant reuerentia mitigati. Hi ue-  
ro, ne oris ſui maiestas lederetur, uitā Barbis paci-  
ſci maluerūt. Non negarim autē quorūdū populorū,  
neq; ignobilium quidem, iuſtitutum fuſſe, ut Barbam  
raderet, capillū à tergo tantū luxuriare permutteret,

A iiiij quod

quod Lacedæmonij factitiae perhibentur, & Abantias id primos omnium excogitasse Homerius tradit, & ea de causa Pollux Euboicos opisthocomas uocatos ait, & Heclorē Timæus ea per terga ipsa coma insignem describit. Sed ea ratio Lacedæmonios ab aliorum institutis alienos fecit, que multa etiam alia à reliquo humano genere aliena eisdem persuasit. Cur uero Barbam abradi, capillum à tergo nutriti iusserint, ideo factum, ut longe tutiores in bello essent, adimereturq; hosti facultas in pugna mentū apprehendendi: si uero fugā meditaretur, vinculum atque ansam quo capi posset, instare sibi à tergo reminisceretur, atq; ita præ capture metu, destinatore animo cōsisteret, aduersiq; dimicaret. Verum institutio hæc unā cū corū imperio antiquata abolitaq; imitatores nūq; ulterius habuit. Sed ut que ad rē nostrā p̄tinēt prosequamur, delicatulos istos accusatores nostros q; nos maledictis figūt, mihi dari uelim, ut quoniā turpe adeò putant sacerdotē cum Barba confisci, quid in se turpitudinis habeat Barba, mihi declararet, si quidē ego nihil in ea turpe, nihil non honestum inuenio. Cæterū ut hoc manifestius appareat, quid Barba sit, primū uideamus, atque ita forte quid in ea delicias malis, deprehendere poterimus. Multa enim que primū latent, per finitionem mox apertius innotescunt. Est autē Barba, uirilium maxillarū uestimentum à natura, ornamēti & bone ualeitudinis causa, productū, inde Latini Vestem eam appellauere, & impubes

Impubes pleriq; dixerunt inuestes , genasque lanu-  
gine uestire, passim apud autores inuenias . Quod  
autem virilis naturae Barba indicium sit, magis apertum  
est, quam ut ulla debeat approbatione demonstrari:  
meritoq; Diogenes, q; abrasos omnes insectabatur,  
Barbaro nescio cui respedit, Barbā se ideo gestare,  
ut se uirum esse subinde recordaretur . Et ad no-  
stram usq; etatem uniuersae totius orientis nationes  
abrasos uiros cūm inspexerint , foeminas eos in lu-  
dibrium uocant: & Alexandrum Macedonem, tanti  
nominis Principem à militibus suis, à populis ex na-  
tionibus omnibus irrisum, q; rasitaret & foeminam  
præ se ferre uellet, memorie proditum : Nam cum  
rasuræ autorem fuisse Athenæus ex Chrysippo me-  
morat. Manifestum enim est, in hominum genere pue-  
ros tantum & foeminas , eunuchos & qui mollius  
degunt uiros sine Barba conspicisci: atq; ita facile po-  
test intelligi, quibus iij qui rasitant, assimulari pos-  
sint . Sed ne diutius in re tam perspicua moremur,  
ad alia, que dicere præposuimus, aggrediamur.  
Quod ornamenti causa sit à natura producta, re ip-  
sa constat: Nam ueluti arbores natura frondibus, ita  
uiros ad eorum dignitatem uberioris augendam Bar-  
ba ornatos uoluit. Eandem autem in abrasi hominis  
facie deformitatem Poëtae ponunt, que syluarum est  
cum folia deciderunt . Merito itaq; Haliabas & ple-  
riq; Philosophi admodum clari, Barbā scripsere ui-  
ris à natura ornamenti dignitatisq; causa contribu-  
tam.

tam. Hinc uideas unumquemque eorum, qui uel su-  
 premo labro tantum, uel extremo mento Barbatuli  
 sunt, quotiescumque in speculum inspexerint, uel  
 ad os manus admirint, & succensere nature, &  
 se ita factos in gemiscere. Ut enim in unionibus, quo  
 grandiores sunt, eo preciosiores estimantur: ita Bar-  
 bis ex magnitudine ipsa autoritas comparatur.  
 Artemidorus ait filios tantum ornamenti patribus af-  
 ferre, quantū ori Barba decoris addit: ideoq; super  
 filiis decerni à coniectoribus que de Barba per quie-  
 tem quis imaginatus fuerit. Operæ premium uero est  
 Luciani Cynicum audire, qui tam de forme esse pu-  
 tat, ornatum Barbe uiris auferre, quam si leoni iu-  
 bis attondere quispam aggrediatur. Sanc Theseus  
 Herculis discipulus, quo non alter ea tempestate for-  
 tior, Barbā nunq; sondere uoluit, ut uirtutem ipse sū-  
 am ornat eo profiteretur. Eaque de causa Exephæ-  
 borum ille tonsuram, utpote gratissimum Dijs do-  
 num, quo nihil ea etas preciosius offerre posset, fere-  
 tur in situisse: Idq; primitiarum, tum fluminibus, tum  
 Apollini dedicabatur ex temporum eorum superstic-  
 tione. Sed hoc nihil ad negotium nostrum. Plinius. In-  
 nior Euphratem philosophum etate ea prestantem  
 celebrat, cui & ingens & cana Barba multum af-  
 forebat ornamenti. Tantum uero à veteribus Bar-  
 be attributum est, ut philosophus qui barbatus non  
 esset, iux philosophus putaretur: qui uero Barbatus  
 esset, nisi reliquam morum grauitate uitam compro-  
 baret,

baret, male id audiebat, quod Barba et pallium in conspicio essent, philosophus autem nusquam appareret. Ita ueteres illi grauiissimi quidem uiri, cum Barba et sapientiam et bonos mores esse coniunctos arbitrabantur. Quod uero conferat ad ualeitudinem ex eo patet, quod dum ad sui nutrificationem superuacancum humorem exugit, dentes diutius a putredine conservat, et ut firmiores gingivis insidient efficit, quod non aequum accedit ijs, qui frequenter abraduntur. Nam ijs uel ante tempus plerunque fiunt edentuli, uel de dolore dentium plurimum laborant. Preterea estate, ne facies solis radiis uratur exedaturque, prohibet: hyems noxias et strictriores uentorum fluctus infringit: ab Angina, ab Vua, et alijs plerisque incommidis tutum hominem reddit. Ut hinc denique credamus a Mythologis illis philosophis confictum, ut sit intonsa semper Aesculapio Barba, cum Apolo eius pater ubique pingatur impubis. Qui enim salutis autor prohibetur, merito ijs, quae ad salutem faciunt, ornamenti insigniri debet. Huiusmodi igitur dotes cum in Barba sine, quid in ea turpitudinis, quid uitij, quid quod abhorreamus nequaquam video, Quod si ea que utilia, que salutaria, que honorata, que alicuius existimationis sunt, indigna sacerdote uiro iudicabuntur, quid illud sit, quod sacerdotalem habitum addeceat, difficulter (ut arbitror) inueniemus. Sed inquos ne uocem, an inuidos hos Barbarum uituperatores, qui nos mimice adeo insectatur: quibus

quos

quos dijs immortalibus cultus, honores, preces adhuc  
huncus, quæq; pure & castè facimus, una de Barba  
omnia fordescere uidentur? Qui denique sacerdotes  
illos tantū approbant, qui cōtra grauissimorū hominū  
nun sentētias uenerabile uirilitatis signū exuerint?  
Quod si qui dignitatem suam tueri uelint, à sacris  
summouent, ac uti diris imprecationibus deuotos ab  
ominantur. Vbi enim Barba sit, nullam iſti pietatem,  
sanctitatem nullam, nullā esse posse religionē putat,  
In primis autem nos legum auxilijs oppugnat, causā  
que tunc omni decidiſſe clamitant, simulac non ob-  
sequendum legibus dixerimus. Numirum quanti nos  
leges facimus, norum: eoq; audacieſ ſatiſ ſunt, q;  
eiusmodi armis ſponte cedere conſueuerimus. Sed  
enim dicant prius, utrum naturae leges citaturi ſint,  
an ſcriptas, an de sanctissimorum hominum exem-  
plis ſumptas, an diuini Spiritus admonitu conſtitutas?  
Quatuor enim has inuenio fuifſe laudabilis uitæ,  
ſuo quāq; tempore, rationes, quibus homines euum,  
quianum ad diuina pertinet, ab orbe condito, ad no-  
ſtrium uſq; tempus exigere ſua cum laude & animo  
rum ſalutē potuerunt. Si naturae Legem hanc eſſe  
dixerint, reclamabit res ipſa, dicentq; uiri pruden-  
tes atq; ſapienes omnes immo et ſtulti & insipien-  
tes, quotquot nunc ſunt, quoicq; ab hominum me-  
moria fuerūt. Naturam glabellas fœminas, hirsutos  
mares effecifſe, portentosumq; eſſe, ſi qua barbatu-  
la mulier fit, uia de Antifite, que Mineruæ ſacris  
præfecta

præfecta erat apud Pedasenses, Grecorū monumēta  
 tradidere. Qui uolet igitur Marem arte opereue  
 aliquo imberbem reddere, is contra Naturæ leges  
 dubio procul fecisse redarguetur. At multa sunt,  
 inquiet, quæ Natura temere fecisse uideatur, quæ  
 humana postmodum diligentia, consensusque hos-  
 minum ciuiliter degenium emendauit. Fruges tan-  
 tum ad cibum, & aquam ad potum Natura produ-  
 xerat, humana mox diligentia panem & condimen-  
 ta alia, uinumq; facere adiuuenit. Sylvuarum horro-  
 re dumorumq; asperitate loca omnia Natura conse-  
 uerat: Sed aruorum, hortorum, uiridioruq; amoe-  
 nitates, humana postmodum ars excogitauit. Ita ple-  
 racq; alia ex hominum sapietium ingenio, arte, per-  
 suasione, experientia in melius ordinata, ita Barbas  
 radere institutum, ut incommodum id amoueatur.  
 Sybaritas puto fuisse hos legumlatores, qui etiā gale-  
 los gallinaceos urbe sua exterminarunt, ne somni  
 suauitatem importuno cantu antelucanis horis in-  
 terturbarent. Sed enim bene habet cum iam Naturæ  
 Lex à nobis stet, quam ita esse non inficiantur: sed  
 ea qua prædicti sunt ingenij perueritate, cōtra eam  
 nugas huiusmodi moliuntur. Hanc itaq; ualere finūt,  
 & ad legem configiunt, ex aliqua nonnulloru hō-  
 minum commoditate conscriptam, in cuius tamen  
 præsidio omnem uictoriæ stem collocauerunt. Sed  
 enim est Lex scripta triplex. Una quæ à Mose ad  
 assertoris usque nostri tempora producta est.

Altera

Altera, que uel de ipsius magistri nostri exēplo de-  
sumpta est ad imitationem, uel Diuorū nostrorū au-  
toritate constituta. Tertia Pontificum, conciliorūq;  
sanctione decreta. Sed quoniam scriptae Legis ap-  
pellatione Mosaicā præcipue expimus, in primis ope-  
ræ pretium est uidere, an in ea rasitandum eſe præ-  
cipiatur. Sanè si ad Hebreorum mores reffixeri-  
mus, in Regum historia legas, Nuntios à Davide ad  
Hannōnem Regem missos, qui eum de patris obitu  
consolarentur, quos cum suspectos Rex barbarus ha-  
buiſſet, altera cuiusq; maxilla abrasos in Principis  
sui ludibrium & iniuriam remisit. Quare David  
iūſſet eos in Iericho tam diu comnorari, donec Bar-  
bae crescerent, ne fecundum hoc ſpectaculum populo  
exhiberetur: quod si rasitandi mos fuſſet, factum  
hoc non oportuit, quia statim reliquum abradere  
potuſſent. Si uero leges eorum inſpiciamus, com-  
pluribus locis, ne quis abraderetur, apud eos uetitū:  
Barba enim rasitandā nō eſſe, Leuitici libris populo  
principitur uniuerso: Sacerdotibus autē ſine excepti-  
one mandatū præcipue, ne Barbā radant. Quintū  
inter alias calamitates, quas Deus Moabitico popu-  
lo Iſaię uerbis interminatur, in cunctis eius capiti-  
bus Barba (inquit) abradetur. Usque adeo hec effe-  
minati menti luculentia apud ipſos ſumma dabatur  
uituperationi. Merito itaque Barba Aaronis ſummi  
Pontificis mentio quædam honorifica nostris in tem-  
plis ante ſummi Dei, Diuorumq; immortalium aras  
quotidie

quotidie decatatur; quinetiam de unguento, quo eius  
Pontificis Barba delibuta fuerit, memorie proditum.  
Apud hos denique viri illi sanctissimi, qui Deo pre-  
cipue dedicati erat, Nazareni nuncupati, capillum et  
Barbam promittere, sanctimonie signum habuere: eoque  
instituto in Ioannis Baptiste precursoris caput et fa-  
cie nouaculam nunquam ascendisse legimus. Sed quoniam  
nā manifestiori argumento Barbam Deo placere con-  
spbare possumus, q̄ eo ipso, quod in uoto de suscipi-  
enda prole dannati Barbae nutricationē obligabat,  
quam si Deo ingrata sapienssimi illi patres intelle-  
xisserent, nunquam profecto oblatione huiusmodi graz-  
tiam ab eo sperassent se consecuturos: delicti uero  
quod forte aliqui delicatiores abradendo admiserat  
comones facti, eo uoto errorē emendare, et propitiū  
sibi Deū reddere procurabat. Passim uero apud He-  
breos abradi Barbam inuenias, ubi uel dolor intole-  
rabilis, uel insignis aliqua calamitas ingruisset, quo  
se ornamentis omnibus exfoliatus ostentaret. Dies,  
immō annus me integer deficeret, si tam multos huius  
modi locos et exempla toto eo tempore, scriptis co-  
mendata commemorare perrexero, que cum manifesta  
sine omnibus, non est, ut in re notissima tempus diu-  
tius conteramus. Constat enim in ueteri lege Barbam  
non modo non prohibitam, sed etiam decreto haben-  
dam, imperijsq; Dei ipsius nequaquam amouendam.  
Age igitur iā ad alterā deueniamus, quā per undes  
trigesimum supra mille et quingentos annos secuta  
est

est Christiana pietas, eam GRATIAE LEGEM  
Theologi nostri uocant, quā nos in LEGEM EX-  
EMPLI, & in LEGEM SANCTI SPIRITVS  
afflatu conscriptā diuidimus. Exempli autem Lex tā  
te est autoritatis, ut pro legibus omnibus sufficere  
debere CHRISTVS admonuerit, cum exemplum se  
nobis dedisse professus est. Itaq; illud potissimū ob-  
seruare consueuimus, ut CHRISTVM ipsum nobis  
ad imitandum proponamus. Eo enim argumento exa-  
candescit Ignatius diui Ioānis Euāgelistæ discipulus,  
in quoriādam superstitionem, qui se ideo sanctiores  
fore arbitrabantur, quia carnibus abstinere perpetuō  
instituerāt. CHRISTVS, inquit ille, comedit carnes,  
Petrus comedit carnes, & que sequuntur: Cur nos  
igitur earum csum sanctitatis ergo sustollamus? Ex-  
empla enim ille dedit nobis, ut quemadmodum quid  
ipse fecerit, ita & nos faccremus. Atque ita sine ul-  
la prorsus controuersia dicimus, Vnamquaq; ipsius  
assertoris nostri actionem, uitæ nostræ legem & ra-  
tionem esse. Quo constituto, accusatores nostros in-  
terrogarim, nunquid ullum CHRISTI ipsius præce-  
ptum, dictumue, aut exemplum habeant, quo Barbam  
ille uiros abradere iussent, uel iudicarit, uel saltē  
innuerit. Nullum dubio procul huiusmodi reperitur:  
Contra uero & CHRISTI ipsius exemplum, qui  
Barbam assidue gestasse fertur, & Petri & Pauli  
& Apostolorum omnium mores, Barbarum defen-  
sionem constituere uidentur. Sunt enim qui CHRI-

STI faciem à maioribus acceptam ita describant,  
ut Barba cum promissa, flauaq; fuisse assuerent,  
neq; aliter unquā à Grecis, à Latinis, alijsq; natio-  
nibus pingi, sculpiq; manifestum est Petru, cui sum-  
ma uni in Christianum omne nomen autoritas ab  
ipso Deo attributa est, Barbatum ab antiquis acce-  
pimus, & ita in templis delubrisq; omnibus Bar-  
batum ære, marmore, colorib[us]que figuramus.  
Paulo, qui nostre dubio procul uite magister fu-  
it, cuiusq; sapientissimis institutis libenter omnes  
adquiescamus, pingi nihil Barbatius inspicimus. Iam  
& Andreas, & Thomas, & Collegæ eorum om-  
nes, in gentibus Barbis insignes ostenduntur. At le-  
ue dicent argumentum est, CHRISTI & eius co-  
mitum facies, quales fuerint, ex picturis ariolari,  
cum pictoribus atq; poëtis quidlibet ex libidine sua  
confingere, semper concessum fuerit. Faciamus hoc  
non liquere, non negabitis tamen communem hunc  
mortaliū omnīū cōsensum esse, ut et CHRISTVM  
ipsum, & eius comites Sacerdotij nostri Principes,  
non aliter quam Barbatos pingere sculpereq; insi-  
tuerint: que omnium sententia facile ostendit Barba  
aliquid habere, quod sanctitati decenter accommo-  
detur: sentireq; idem omnes, Barbam integrissimo  
euiq; uiro ornementum afferre. Ita Gentiles, Deos  
quisq; suos eo habitu insignes ostentabant, qui mo-  
res eos, quos ipsi præcipios iudicabant, indicaret.  
Hinc Lacedemonij non Martē tantum, sed et alios

Deos, Deasq; plerasq; omnes armatos figurabant,  
 quod nihil armis præstantius existimaret, ac perinde  
 de Deos armis decoratos esse debere opinabantur.  
 Phœnices Marcaturæ tantum dediti, Deos omnes  
 cum loculis nūmorum plenus effingebant, quod bea-  
 tissimum illū arbitrarētur, qui pecuniosior habere-  
 tur. Nos cū nihil Barba uenerabilius intelligamus,  
 ipsum Dominum Deumq; nostrum, & reliquum di-  
 uorum coetum cum Barba pingere pientissimum ar-  
 bitramur. Sed enim minime inficiari poterunt, quin  
 Præcursor ille Sanctiss. tonsorem non admiserit,  
 quin idem fecerit D. Iacobus, cui inter reliquas be-  
 ne instituti animi dotes, id summa omnium consensi-  
 one attribuitur laudi, quod nullo unquam uita tem-  
 pore tonsorem admiserit. Nos infelices, id uel uitio-  
 cuiquam dabimus, uel sub execrationis crimine fieri  
 prohibebimus, quod Sanctissimis uiris ab ipso Dri fi-  
 lio, assertore nostro eruditis, omnium approbatione  
 conceditur, atque uti exemplum continentissime ui-  
 te inter uirtutis opera recensetur. Iampridem om-  
 nino uera non modo uocabula, uerum etiā morum  
 honorum semita amisimus. Iacobo cui perpetua que-  
 dam iustitia obseruantia cognomentum dedit, laudi  
 datur, quod nunquam attensus, nec unctus unguen-  
 to, nec usus balneo sit: Nos eos ut infames calum-  
 niabimur, qui & tonsores, & delicias alias huiusmo-  
 di abominantur? Quod si dominus Deusq; noster  
 Barbā, uirilitatis indicium gestauit, si Petrus, si Pan-  
 lus,

Ius, si Apostoli reliqui Barbatii esse uoluerūt, si cōtra  
Barbas nihil à fidei noſtre proceribus dictū, monia  
tūmne reperitur, quid eſt, qd in lege ulla Barbariū  
dānationē expeſte nis, aut illorū extimescanis mi-  
nas, si nobiscum Deus ſentit, cuius in hoc habitu filia-  
um preceptorē noſtrum imitamur? Quartū erat, ut  
uidcremus, an hec Barbariū ablegatio, tertio legum  
scriptarū genere, DIVINI Q. VIPPE SPIRITVS  
ADMONITV precepta eſſet. Si quidē et alia ſunt,  
que pietatis noſtre duces, nulla prius à CHRISTO,  
discipulisue eius, mentione facta, nullōue exemplo  
preſito, diuino tamen eo afflatu conciti conſtituere,  
que mihi non ſunt ad commemorandum neceſſaria.

Hoc in genere ſunt cōciliorū decretā, iſtitutāq;  
ut pote qui credere tenemur: atqui ita credimus in  
Ihs, que pertinēt ad fidem, concilia rite congregata  
nihil quicquā abſq; aspirantis Dei ueri numine cōſti-  
tuſe, eāq; & firma & rata, & immutabilia ubiq;  
& ſemper eſſe debere: Morum uero atq; rituum  
ratio, pro locoru, tēporum, & personarum cōditto-  
ne plerunq; uariata, humāna potius naturam ſapit  
quā diuinan. His tamen armis noſtri accuſatores  
iſtructi, deſumptū ex uulgatis quibusdā codicibus,  
Carthaginē illud cōciliū noſtris copijs opponūt,  
cuius preſidio muniti, in Barbas impetum faciunt,  
exultantesq; stragem, et extrenum earum exitium  
minitantur. Quaſi diuino interueniente ſpiritu fa-  
ctū ſit, ut pulcherrimū hoc nature opus aboleretur,

B ij quicq;

quiq; olim uotis de non amouēda ,mutilandāue Ba<sup>m</sup>  
ba nuncupatis,non temere fese propicium mortalia  
bus exhibebat,Carthaginensi consilio sibimet con-  
trarius,Barbas dcmū cœperit fastidire:que quidem  
quād indigna sint,que Deo attribuantur,uel insan-  
tissimus quisq; poterit iudicare. Neq; tamen isti ue-  
recundantur tam abiectis & sordidis curis Deum  
admisere. Sed detur in hoc uenia eorum imbecillita  
t,quod ingenium ad altiora tollere nequeant,ne ta-  
men exterius sub boni specie decipientur,accurate  
uendum . Idcirco,quam iſū legem recitant,audien-  
tum . Ea est huiusmodi,

### Clerici neque comam nutriant,ne que Barbam.

Aiunt enim isti constitutionem hanc à Conalio pro-  
fectam Carthaginensi, ab Alexando tertio repetita  
tam,confirmatam à plerisq; alijs iuniorum,à nostris  
minime repudiādam esse.Quasi uero nos iſi simus,  
qui contra leges quidpiam moliamur,aut mirus in-  
telligamus,si leges defici,contemnere cœperint,bre-  
ui rerum humanarū omnium rationes eueridas,sa-  
cra prophais miscenda, nihil sancte, nihil honeste,  
nihil laudabiliter factum expectari debere . Solutis  
legibus , soluentur ciuitatum commertia,violabun-  
tur gētiū foedera, nullus ordo consistet, nulla ra-  
tio, nulla iustitia, nulla æquitas permanebit. Licebit  
unicuiq; ex libidine sua uitā insituere, secedere ita-  
rum in sylvas, & antra, et in uisceribus terræ deli-  
litescere

lite sacer cogemur humanū genus uniuersum, ut à ro-  
bus torum insidijs tuti uiuere ualeamus. Quare nihil  
ego magis oībus obseruādum duxerim, q̄ quod lege  
sanctū, receptū à maioribus, usū insuper accedēce,  
firmitatē sit aliquam affeūtū: Quid hic igitur fa-  
ciemus? contra omnes rationes nostras Lex oppo-  
sita est. Actum utiq; de re nostra, iusti, fusi, profili-  
gatiq; sumus, delicatorū factiones imperant, et si-  
culorum nos moribus addixerunt. Romana iam se-  
ueritas faceſſat. Lasciuēdum est ex noua lege, ab-  
radendum expilandumq;, et ut uno omnia uerbo  
eoq; nouo dicam, effeminaſcendum. Hoc, hoc illud  
est, quod accusatores nostri unicū molliciei ſue p̄a-  
ſidium delegerunt. Hinc nos oppugnant, hinc nos ad  
unum cedunt, hinc nos una internitione meditantur  
abolere. Quod niſi Clerici, glabelli, luculensiq; ſue-  
rint, ab aris omnibus ſanctucbūtur, ejacētur ē tēplis,  
neque ullus illis inter humana commercia locus relin-  
quetur. Sed niniū ceſſamus. Age age, nos nostras cō-  
tra copias inducamus, tornētūq; illud principiū belli  
torqueamus, quod p̄ſidiū corū omne fūnditus euer-  
tamus. Nō ita, nō. Nō ita, inq; in Carthaginē ſi conci-  
lio decretū. Liquido enim hoc negare poſsumus, pro-  
pterea q; aliquot ab hinc annis, caſtigati codicis de-  
fectu, lectio illa corrupta circumfertur, una quippe  
abraſa locutione, uerbo ſcilicet, R A D A N T : Nā  
grauiſſimi, atq; integrimi, emunctiſſimæq; naris  
mīri apud Gratianum ita legendum cefſent.

B ij Clerici

**Clerici neq; comam nutriant , neque Barbam radant.**

Nemo siquidem inficiatur uerba hec de Carthaginensi concilio descripta. Bene autem est , quod ipsa conciliorum monumenta nuper in lucem prodiere , in qbus Carthaginēse ita dubio procul habet , prout in Bibliotheca Palatina manu scripti codices quique antiquissimi habet. Ita enim ibi notatā inffeximus ,  
**Clericus nec comam nutriat , nec Barbam radat.**

Expalluere hostes notabiliter , acrius igitur urgeamus , cedent euestigio , ubi cornu alterum incitare Alexandri I II. rescriptum citant ad Cantuarensem Archiepiscopum ,

**Clerici qui comā & Barbā nutrunt , etiam inuiti à suis Archidiaconis tondeantur.**

Sed enim in superiore Decreto , ut unam impurissimū nescio quis tonsor dictionem abrasit , uerisimile est , in hoc Alexandri rescripto , temerarium quempiam unam intrusisse . Nam ijdem & docti , & approbati uiri legendum autuunt ,

**Clerici q; comā nutriūt , etiā inuiti à suis Archidiaconis tōdeantur.**

Quam quidem castam esse lectionem inde manifestum est , quod interpres partem hanc esse aiunt

de

de concilij Agathensis sanctionibus desumptam. In illis autem nimurum ita scriptum est,

Clerici q̄ comā nutriūt, ab Archidiacono, etiā si noluerint, tō deātūr.

Nulla de Barba facta mentione. & in quarto concilio Toletano precipitūt, ut Lectores, Leuite, & Sacerdotes, de tonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant. De Barba autē neque somnium quidem. Atq; hec eadem de coma tantum in Decretis Antiquorum Pontificum pleriq; locis reperiuntur, una cum alijs, que Sacerdotū uitam circumscribunt: deniq; Anicetus ex Apostolorū præceptis, comam sanxit clero nutriendam non eſſe, de Barba profecto minime taciturus, si eam quoque im honestam existimasset: Nimurum enim, comam nutrire foeminarum est, aut marium molliter degentium & impudicē: Comatosq; in nequitiae turpitudinisq; notam, tam Græci q̄ Latini semper acceperunt, ut nō immerito leges uirū saceris initiatum non modo uitios, uerum etiam uitiorum suspitione carere uolentes, comas eos nutrire prohibeant. Contra autem, Barba uiros promissa decet, eoq; præcipue signo, uti ſepiuſ dictum, uirtus mascula à foeminarum mollitic distinguatur, quod illæ comam, uiri Barbam nutrire debent: Solenniqt; ideo Concilij Carthaginensis editio Sacerdotibus præcipitūt, ne Barbam radant, ut uiri ſint & uideantur, & quandam

B iij pre

præ se ferant sui, ut ita dicam, generis maiestatem  
 Vos tamē Rhodios imitamini, apud quos de nō ab-  
 radendo Lex habebatur, cū tamen uulgo omnes ra-  
 sitarent. Præcipue uero Byzantios Chrysippus indi-  
 gnissime fert, non modo leges, sed penas etiam Bar-  
 bas abradentibus influxisse, illos tamen plerosque  
 omnes rasitationem, quod & uos facitis, aduulisse.  
 Ita apud omnes gentes boni plerunque mores per-  
 ditorum hominum importunitate contaminantur.  
 Ne uero mirum cuiquam uideatur ita uitiosos codi-  
 ces per tot annos in danno fuisse, ut ab eo erro-  
 ris initio multa insuper decreta, constitutionesq;  
 & in contumaces animaduersiones seuerissimæq;  
 castigationes acceſſerint, Bone Deus, quān mul-  
 ta ea sunt, quæ omnibus in antiquorum codicis  
 bus passim mendoſissimè legitur; quod immutata;  
 quod adempta; quod inculcata; Atque utinam mul-  
 ta quorundam iniuitate quotidie non peruer-  
 rentur.

At uidete, obsecro, quæ damna plerunque deprava-  
 ti codices afferant. Nostris in sacris Legibus,  
 Distinctione X V. Gelasij Papæ sententia est, Ve-  
 nerabilis uiri Sedulij Paschale opus, quod Heroicis  
 descripsit uersibus, insigni laude proferendum, Vul-  
 gata tamē hactenus exemplaria pro HEROICIS  
 uersibus, H A E R E T I C I S uersibus hubuere;  
 Quod bonis quibusdam Legum professoribus su-  
 spicionem oggesit, Poëmata omnia esse heretica,  
 Poëtasq;

Poëtasq; inter pios, etiā si sacra tractet, nequaquam  
adnumerari: id quod Hadriano V I. Pont. m. ix. usq;  
adeo persuasū vidimus, ut hac de causa nullū homi  
nū genus maiori p̄sequeretur odio, q̄ Poëtas: id no-  
minis nihil aliud p̄ se ferre arbitratus, q̄ impietas  
tē. Et adhuc aliqui, non malī quidē Presules, deprava-  
te illius lectionis halluinatione, et alterius huius de-  
rastica da Barba errore duci, neminē sacerdotio di-  
gnūm putant, q̄ uel Barbā nutriat, uel uersus faciat,  
tantū est prauā semel opinione imbibisse. Sed ut alio  
os Autores prætereanus, q̄ inclemētior à posteris ac-  
cepti ueteres illi luri scōfulti? qui posteaq; mēbratim  
à Tribuniano, et carnifiscibus alijs disseceti sunt, neq;  
ipsa qdē membra cōseruare potuerūt, quin paſsim  
contaminata in imperitorū manibus cōputraceret,  
uitia tamē illa pro legibus accepta, suos singula de-  
fensores habent. Volo cuiusmodi sint, ex leuisimis  
quibusdā breuiter agnoscatis. Vlpianus de Vsu fru-  
ctu Legato, Proinde etiā Scenicæ ve-  
stis vſusfr. legetur, vel annuli aurei,  
vel alterius apparatus, alibi quām  
in Scena non vtetur.

Lectionem, que est ANNVL AVREI, Veteres  
nouiq; interpres pleriq; agnoscunt, in antiquissi-  
mo tamen Pisano Codice Legas,

Proinde si Scenicæ vestis vſusfr. le  
getur,

getur, vel AVLEI, vel alterius ap-  
paratus, alibi q̄ in scena nō vtetur.

Quam castissimam esse lectionē nemo non fateatur.  
Rideat sane nostri tēporis Iurisconsulti, qui rubet hoc  
ad lucrum, & formulas suas pertinere clamitant.  
Sed quid illud, quod nō obseruare maioris imprua-  
dentiæ fuit? Aliqui tradidere non leues

**Autores**, Quinques Quaternos  
**ENIXAM PENELOPEN**, Cum eiusdem Codicis  
lectio, **ENIXAM PENELOPONESI** habeat, & ta-  
men non iuris tantum prudentes, uerum & nonnulli  
politiorum literarum professores hinc decepti, multa  
in Penelopes impudicitiam scriptitarunt. Idem

Vlpianus de Institoria,

Si Libitinarius, quē græcē vocant,  
Seruum pollicitorem habuerit.

Vetus tamē exemplar illud, quod habetur Flo-  
rentiae, ita legendum indicat,

Si Libitinarius, quos græcē NeKro-  
thaptas vocant, Seruum pollincto-  
rem habuerit.

Quid uero sibi uult illud it. pro Socio: Aut agrum  
**POLLICITATORI** damus, Cūm dubio procul  
**POLITORI** legendum sit? Atq; ita demum multis  
quotidie prodeunt in lucem, que nos errorū admo-  
neant

neant, in quibus Maiores nostri aliquādiū sunt hal-  
lucinati, uel Codicū deprauatione decepti. Quare mi-  
nime mirum est, si Carthaginensis cōciliij Decretum  
aliter nunc reperiatur, q̄ aliquot abhinc annis crea-  
ditum. Bene habet, fundamentū habemus defensionis  
nostrae p̄eclarē iactum. Recitata Lex est, quā lēgē  
nō esse, manifestissime redarguimus. Exēpli lēge non  
summoueri Barbas indicatum. Quōd probum et hone-  
fian uirū Barba deceat, approbatū. Vnā tamē adhue-  
rationē afferūt, ut q̄ modō tā studiose Siculi esse cō-  
tendebāt, Romani nunc demū esse uideātur. Suspi-  
cātur enim horū pleriq; Barbas ideo à Romanis Pō-  
tificibus improbatas, q̄ Græci Barbis plurimū utan-  
tur. Non decet autē (inquiunt) Romanū sacerdotem  
eorū habitum, aut mores imitari, qui ab Romana ec-  
clesia descivere. Itaq; Barbe reiciuntur, ne heretici  
rebellēsue simus. Ad que quid aliud respondebo, nisi  
accusatores nostros, bonos forte uiros, nō enim iam  
amplius inuidos, nō amplius rusticos, nō amplius im-  
peritos dicā, sed forte plus q̄ p̄bo necesse sit, simpli-  
ciores esse, qui putēt Barbas, quia Romanis Concilijs  
addicere noluerunt, à Latinis explosas, & Anathē-  
matis fulmine ictas, ubi ubi essent, locū prophanum,  
ac triste bidental effecisse. Miror unde ad istas uen-  
nerint opiniones, in quibus non dicam eos despere,  
aut delirare, neq; dementes esse, sed h̄ec quām inania  
sint ex eo manifestissimum esse, quōd cū pleriq; aliis  
accusatorum nostrorū rationes risu excepte sint.

nulla

nulla maiori irrisione audita, quam hec à Grecis  
te differentia. Quod si ita, ut afferunt, Grecorū hoc  
causa factum est, dicant obsecro cuinam Italorū hoc  
bono cesserit: quid inde emolumēti Romanis Ponti.  
obuenerit: cū permittiofa illa discordia, tantorū fue-  
rit malorū causa: que nemo queat sine horrore ma-  
ximo reminisā. Verum utinā, utinā nostri illi maio-  
res non ita rigidi contentiosiq; fuissent: alij in qui-  
busdam parui admodum momenti Ritibus, & quo for-  
sam pertinacius retinendis (de Ritibus inquā: Quia  
que fidei sunt, alterius sunt indaginis) alij sanctiēdis  
nouis, alij inueteratis, diuq; obseruatis moribus mo-  
do abolēdis, modo immutādis. Non enim tāta Gen-  
tium, & Rēgnorum iactura facta esset. Staret Grē-  
cia, starent Aegei insulæ tot clare, staret Thracia,  
staret Byzantij regnum, staret Asia uniuersa, neq;  
tanto cum nostri nominis dedecore occupata eſſe:  
Hierosolyma: & ut recētiora uulnera refricemus,  
nō Bohemia, non Germania, CHRISTI Vicarium,  
atq; adeò Deum ipsum aspernaretur. Quedā enim  
in administratione rerū ſepiuſ occurruunt, que cum  
parui momenti ſint, facile uel concedi, uel tolerari  
poſſunt: que ſi pertinacius abneget, indignationem  
apud imperitam plebeculam afferunt. Indignatio  
mox exēdientiam, excandescētia diuīurniorem  
iram, Ira truces inimicitijs, & ſurebre bellū. Hoc  
igitur aſſecuti ſunt Maiores nostri, cum iuferunt  
Latinos Sacerdotes Barbam in Grecorū inuidiam  
raſi

ratisare, quo symbolo Romani à Græcis distingue-  
rentur, ut tantum illi ac tale odium in nos, ea exul-  
cerati dissensione, conceperint, quantum eo tempo-  
re ostenderunt, cum mala omnino inductimenter, in-  
ter se dimicantes, Turcarū potius societates, et fœ-  
dera appetierunt, quam auxilium à nobis poscere,  
aut ultro summissum admittere dignarentur. Atque  
ita cōmuniū hostiū perfidia decepti proditiq; fun-  
ditus periēre: amissō regno, amissa patria, agris, tē-  
plis, arisq; omniibus desolatis, profanatis, eversis;  
nosq; casu suo statim in discrimen idem attraxere.  
Quibus si, quod nullius erat momenti, indultum es-  
set, adhuc longe lateq; ui geret Christianum nomen,  
neq; tunica illa Domini incōsutilis in frusta tot, uti  
uidemus hodie, dilaceraretur. Sed quid aliarum gen-  
tium dāna culpāsue commemoremus? cum domi op-  
probrio conspiciatur, quæ de Barbarum odio perpe-  
tuam supremo sacerdotum ordini ignominia pepe-  
rere. Eò enim aliquādo nostrorū delitiae proceſſe-  
runt, ut huus ratisationis ergo, confusa quodammo-  
do specie, difficulter uir à foemina internosceretur.  
Hinc accidit ut mulier, si uera est quæ per omnium  
ora fabula circumfertur, in sempiternū sacrosan-  
cti ordinis opprobriū, ad solij Pontificij maiestatem  
eucheretur, in cuius facti memoriā, Romani locam  
adhuc intento digito indicat, ubi summa illa Sacerdos  
Pontificalem induitam trabeam, enixa pepererit:

Quod ne

Quod ne rursum accidere possit, inde institutum ple-  
riq; omnes credunt, in novi Pontificis ingressu eam  
Maiorum nostrorum imprudentiam publicare. In tua-  
tius enim populi conspectu, pro diuī Ioannis sugge-  
stu, qui latissimam, & eo solēni sacro omnium natio-  
num gentibus certissimā areā despectat, cogitur  
novus Pōtīfex uirilitatē locupletissimis testibus appro-  
bare: resq; ipsa sacri preconis uoce palā promulgata,  
in acta mox refertur, legitimūq; tūc demū Pon-  
tificē habere nos arbitramur, cū habere illū qd ha-  
bere decet, oculata fide fuerit attestatum. Ista inquam  
sunt que de mollicie, et effeminitatis moribus euenia-  
unt, cū nullum cōtrā opprobrium, nullum unq; dede-  
cis ex Barba processisse deprehendatur. Quod si sa-  
cerdotum mores corrigendi sint, aut modo aliquo co-  
hibendi, rectum est cauere, ne qui tāta sunt dignitate  
honestati, ut Deo uero summoq; ministri assistant, ui-  
libus dedecorētur, aut artibus, aut officijs: Caupona-  
riam nō exerceat, nauticā nō attingant, cum sica aut  
armis alijs nō prodeant, uirgatis nō utantur sagulis,  
aut ueste quapiā uarie gata, uel nimium breui: omnia  
illa deniq; summuocāt, que uel levitatem, uel inepta-  
as, uel impuritatē arguit. Quirū quidē rerum curā  
si Accusatores nostri suscepissēt, ne illi ab omnibus  
summopere commēdarentur: Sed dū Barbam pre-  
pūc student amouere, que plurimū dignitatis affert,  
non modò laudem non promeruerunt, uerum etiam  
ignominie, morositatis, superstitionisq; notam in se  
contraxere.

contraxere. Quod quidē à me nō odio ullo dicitur.  
Sed quia moleste sero ingoniam quedā, alioqui magna  
et elegantia doctrina etiā et uitae probitate ne sua  
quēquam laude fraudem excellentia, ab insipientibus  
nescio quibus sub quadā bonitatis specie decepta, tā-  
ta contentionē, pertinaciaq; in tā leues, ne dicam ine-  
ptas, tāq; importunas nugas incidere: cūq; multa lon-  
ge maioris momenti procurāda sint, studiū lucubrati-  
onesq; suas omnes in insectandis Barbis exercere,  
quaē nulli hominum neq; Deorū iniuria faciunt. Neq;  
enim est, ut nouis quorūdam Pr̄esulū prouincialium  
legibus se se tueri aggrediantur: Quæ si quavis etiā  
Mortalium firmitate corroborare essent, etiā si sum-  
mi alicuius Pontificis consensus accessisset, ueroie ta-  
men adiuuenta ratione, quotidie possunt abrogari,  
corrigi, commutari. Leges enim Decretaq; et Insti-  
tutiones, pro re nata, quotidie summus Pontifex, et  
prout rerum usus expedit, suadetue temporum uarie-  
tas, de fratribus cōsilio, uel de plenitudine potestatis  
corrigit, tollit, condit, sancit, et quæ illis, uel uni ipsi  
Principi placuere, ea pro lege habētur. Summi uero  
Legumlatoris precepto sanctissimè cautum est, UT  
LEX Q VAEQ VE NOVISSIMA PRIO-  
REM ABOLEAT. Sed quāquam de gestanda Bar-  
ba manifestiorē, sanctioreme legem queritemus, q  
oam ipsam, quā nobis exēplo suo hoc eodem tēpore  
Iulius Secundus, et Clemēs Septimus Maximi Pontifi-  
ces exhibuere: Placuit enim Iulio aliquandiu gestare

Barbam

Barbam placet etiamnum Clementi, placet Cardinalem  
 collegio sacrosancto, placet Presulibus alijs,  
 placet maioribus atq; minoribus sacerdotibus. Et nos  
 alia concilia, que tamen nulla sunt, morabimur &  
 aut leges infirmas, uel iam antiquatas renouare me  
 ditabimur? Cū hæc iuua lex hodie passim uigeat, &  
 passim obseruetur, & pro lata comprobataq; loco-  
 rū ubiq; iā in usum deducta sit, et plausibiliter ada-  
 matata. Apud Venetos, apud Picetos, Brutios, Cala-  
 bros, Siculos: apud Capanos, Romanos, Etruscosq;,  
 et alios plerosq; Italie populos, ut queq; auitas san-  
 ctioribus honestioribusq; legibus & moribus institu-  
 ta est, uxore alienā filiasue exosculari flagitiosissi-  
 mu habetur. In prima tamen eiusdē Italie regione,  
 inter Padi fontē et Dorias, per omnes inde Allo-  
 brogū alpes, & quaqua populoſiſſimae Gallorū ura-  
 bcs, et oppida, uiciq; inter Pyrenē et Rhenū, ad oc-  
 cidentale usq; oceanū dilatatur, usq; adeo hec exosca-  
 lädi pmissa licetia, ut cū hospitiis uel amici cuiuspiā  
 domū intraueris, niſi q̄ primū uxore eius, filias nu-  
 ptas, uirginesq; singulas in cōplexū receptas exosca-  
 latus fueris, aut rusticus aut supbus, aut etiā hostis, in  
 dicio eorū, facit aq; cogitationis sentētia existimeris.  
 Quodq; demū apud nos ſūmo datur dedecori, apud  
 illos humaniſſimis adſcribitur hospitalitatis officijs.  
 Tāti est cōſuetudo, et lōga annorū serie reaptū mo-  
 res ita plerisq; in ciuitatibus & regionibus quedā  
 non ita honesta, ex uſu tamē cōſuetudineq; et diu-  
 turna

turma, firmaq; populi consensione in legem abeunt.  
Vos honestissimum grauitatis, & severitatis uen= =  
rabilis morem, Pontificum summorum exemplis, Se= =  
natus, atque Populi totius imitatione susceptum tolle= =  
re cogitabitis? neque sapientissimi Principis dictum  
in memoriam reducetis, quod nulla non die pre ma= =  
nibus habetis?

Eos, qui aliter viuere volunt, quam  
se habeant mores eoru, inter quos  
viuunt, suspiciosos, aut intemperan= =  
tes haberi.

Quod si Legi uni, qualis qualis ea sit, corrupte  
quippe infirme, atq; vacillanti insitendum curaue= =  
ritis, nonne uidetis grauissimas eorum contra uos sta= =  
re sententias, quibus Legum intepretandarum, con= =  
dendarum q; summa autoritas? Nam qui sententijs  
suis uniuerso terrarum orbi iura dicunt, quam de  
Sacerdotum Barbis pertulerint legem, confpectu ipso  
longe manifestius indicant, quam si tabulas ex ære  
prefixissent. Sed facite crimen hoc esse, facite, tam= =  
etsi nō liquet, Alexandri 111.eā fuisse mentem, qua  
impressi Codices inuulgarunt. Faute detestabile sce= =  
lus existimari. Interesse sacris nō liceat Barbato Sa= =  
cerdoti, non tueri lucem, nō in hominū cœtu confia= =  
ci, atque etiam, uti censem, eportandus sit, aut in  
perpetuis carcerum tenebris detinendus. Age age,  
incipiant oratores uestri reos agere, de summa rei

tandem experiri, ad iudicū tribunalia nos omnes accusare, Bona nostra procriptionibus destinare, & quaecunq; in rebelles & perduelliones fieri solene, omnia meditentur. Verum ubi & ubi Iudices erunt, apud quos causam agant & qui crimen agnoscant, qui nos cōdemnent? Volo grauiſſimos, uolo sanctiſſimos adeant, atq; eos qui dem, quorū ſententijs atq; arbitrijs nō plebs tantum uniuersa, populusq; omnis, uerū & Senatus, & potentissimi quiq; Principes stare cōpelluntnr. Eſt hoc Duodecimuirale iudicium sub Rotæ nomine in Pontificio Palatio iudicādis litibus constitutum, cuiusmodi olim, florentibus Gre- cie rebus, Amphictyones erant, qui de iure uniuersis gentibus rēpondebant. Ita & nostri omnibus totius terrarum orbis nationibus ad eos confluentibus iura dicunt, neque cuiquam amplius licet ab eorum ſententijs prouocare. Tanta autem ijs autoritas Pontificum, Regumq; omnium conſenſione at tributa, ut etiamſi leges contrā manifeſte relucetur, horū tamen ſtetur interpretationi. Hos inq; Iudices adire necesse eſt, ut de ſumma rei peragatur. Ecce igitur nos mimime contumaces, minimè uel fugitiuos, uel emansores, ſponte adiſtamus iudicio. Nihil opus eſt, ut ſitis de uinculis iniiciendis ſoliciti. Incipite iam Iudices appellare. Ecce uobis uniuersum collegium, in quod nemo unus cooptatur, qui non et probatissimae uite ſit, & iuris conſultiſſimus. Quid moramini? Quid alter alterū inſpicitis? Quid heſitatis

b<sup>e</sup>s<sup>i</sup>tatis? Quid etiā rubore cōfundimini? An quid demum dicere debeatis ambigitis? Vbi nunc uestrae accusationis initiū illud, Nouum crimen, & ante hēc secula inauditū. Nimirum uestram demum imprudentiam, et que in dumeta correpsieritis, iam dudū agno scitis, qui ne Iudices quidem inuenturi estis, qui non ante contra uos sententiam ferant, quām effari incipiatis, nisi uelitis idem esse ex accusatores & Iudices. Videtis enim, si contra Barbas apud Barbatissimos uobis agendum sit, uestrum stuporem ludibrio derisuīq; omnibus futurum. Neque est ut bene sentire uos solos, tris numero, aut quatuor ad summum opinemini. Voluntas hēc uestra est, non iudicium, putantq; omnes, qui prius error in uobis fuit, nunc inspecta ueritate, destinati animi superbiam esse, ne scilicet male aliquando sensisse uideamint.

Sed enim desistite iam nimium satagere, & que moribus hominum conuenire conficitis, uos etiam approbate. Aut si adeò molles estis, ut uirum pre-stare nequeatis, equo saltē animo tolerate, inueniri aliquos, qui quod deceat, etiam prestant. Intellegitis iam si lege agere uolueritis, quorsum res sit euasura. Si de honesto, nullam in uirilis oris lauitate honestatem esse: Si de moribus, apud summos quoisque uiros consuetudinem hanc ita receptam, ut iam in legem abiisse uideatur.

Spectate, obsecro, amplissimos nostri Senatus proceres, quorum consilio, prudentia, sanctissimiq;

C ij institutis

institutis, humanæ diuinæq; res omnes, terrarum  
ubiq; quaqua uiget Christiana pietas, administran-  
tur, qui sacra, ceremonias, religionemque omnem  
sanctissimè tuerunt, uerumq; Dei cultum, per manus  
a maioribus traditum, qua ratione rite debeat ob-  
seruari, docent: Inter quos alios uideas (nota mani-  
festaq; omnibus commemorabo) quorum eloquentia  
nihil castigatius, quorum sententijs nihil sapientius,  
quorum mente nihil grauius & moderatius, alios  
legum, consuetudinum, & rerum honestarum iusta-  
rumq; omnium cognitione insigne, alios Philoso-  
phicis, alios Theologicis disciplinis consumatisimos,  
uiros, inquam, tum grauiissimos, tum integerrimos,  
atque hos quidem Hebraicis, Grecis, Latinisq; lite-  
ris eruditissimos, quiq; nihil extra numerum face-  
re consucrunt, in quibus agnoscas earum rerum  
omnium, que ad Dei Optimi Maximi cultum & re-  
uerentiam spectant, rariissimam sane pietatem, & in-  
comparabilem obseruantiam. Et tamē hi Barbam ge-  
stant, id pro existimatione sua haudquam ad-  
missuri, nisi eam & Sacerdoti congruere, & ho-  
nesto probοq; uiro dignitatis afferre plurimum in-  
telligeret. Denique inter hos tanta celebritatis ui-  
ros, uix duos aut tres inuenias, qui Barbae non sit  
majestate (ut dignum re uocabulum enuntiem) deco-  
ratis. Atq; hos si perconteris, cur non & ipsi Bar-  
bam retineant, omnia alta causabuntur potius quam  
dicere audeant, eam uiro sacris initiato, uel indeco-  
ram

ram esse, uel ignominiosam, ueritatem enim suis met  
preferre moribus minime dubitatunt. Quid uero  
clarissimos alios uiros, Archiepiscopos, Episcoposq;  
literatura, usu rerum, religioneq; insignes in exem=plum adducam? quos imperitos dicere temerarium  
est, improbos suspicari impiuū, contumaces accusare  
rusticum, qui tamē omnes Barbatii sunt, neq; se con=tra leges, aut bonos mores quicquam hac de causa  
facere suspicantur. Sunt et alij grauiissimi sapien=tissimiq; uiri, qui diuinæ adscripti militiæ, Sacerdo=tium profitentur, quorum optimus quisq; Barbatus  
identidem reperitur. In omnibus demum Theologo=rum scholis concionatores intuemur, qui pietatis no=stre iura aduersus impios defendunt, qui bonos mo=res docent, qui à uitijs mortale genus abstinent, qui  
que fugienda queq; sequenda sunt, omnia common=stant, quorum quidem in gentes, uenerabilesq; Bar=bas cum afficimus, totidem sanctorum hominum fa=cies uidemur admirari. Et audebit qui spiam leges po=tius alias, quam horum omnium exempla pro legi=bus citare. Cum manifestum sit hos nihil quicquam  
tale facturos, nisi hoc pie religionis simulacrum  
existimarent, aut uiri honesti mores imitari se arbit=trarentur.

Facebant igitur accusatores nostri, facebant, idq;  
demū crimē suspicari desinat, quod pborū, ut palam  
est, omnīū semiētia, intra laudatorū morū terminos  
cōtinetur. Quiq; legē nup cōtra Barbas latam assea

C iiij uerabant.

Sacerdabant, Legem eam primò non esse : inde si foret, Iulij, Clementisq; summorum Pontificum exemplis, illi satis superq; obrogatum intelligent. Quòd si quis fieri potuisse pertinacius abneget, omnes condendarum legum rationes identidē abnegabit: Nullam populo sciendi copiam relictam, nullam Magistratibus edicendi, Sanatui nullam cōsulendi, nullam ipsis rerum Dominis, Pontificibus summis, imperandi, decernendi, sanciendīue superesse facultatem. Si quidē posse summū Pontificem negat, uniuersi Senatus exempla contēnunt, Conciliorum institutiones decretaq; reiiciunt. His deniq; calumniatoribus nostris intra oleam nihil, extra nucem duri nihil inuenitur.

Quòd si qua Principibus, si qua Senatui, si qua Concilijs autoritas permissa, integra, inviolabilisq; manet, latis olim, obseruatis diu, hodie uero maxime renouatis eorum legibus, Barba Sacerdotibus debetur: Quæ nisi plurimum faceret ad religionem, ad mores bonos, ad grauitatem, ad securitatem, nunquam eam non abradendam esse. Concilia decreuerunt, nunquam Sacerdotij Principes pauci essent, facies suas ita Barbatas, tabulis, auro, argento conspicaci. Barbata Iulij tabula in æde populari dicata est. Barbata Clementis facies nummis aureis argenteisq; quotidie euidiuntur. Hi uero qui nos tam male accipiunt, uexantq; contumeliosissime, non intelligunt dum Barbas damnant, Pontifici summo, uniuerso Senatu, Praefulibus, ex grauiſſanis quibusq; uiris se conuicia

conuicia facere , antiquorum moribus , & sanctis=  
 simorum hominum institutis illudere , damnare Pe=  
 trum , damnare Paulum , & collegas eorum , ab ip=  
 so assertore nostro comites electos improbare ,  
 C H R I S T O ipsi deniq; immodestiam obiscere .  
 Nimirum , Homine eo nihil quicquam iniustius , qui  
 nihil nisi quod facit ipse , rectum putat . Sed quor=  
 sum hic omnis accusatorum nostrorum conatus ?  
 Quorsum Barbatos à sacrīs , à templis , ab hominum  
 consortio summouent , exterminantq; Quorsum tam  
 multa turbant ? nisi ut è cœlo Ioannem precurso=  
 rem , è diuorum numero Iacobum Apostolum , co=  
 gnomento iustum , è beatorum sedibus Hierony=  
 mum ejciant ? Tot herò alios , quos vita pie , casteq;  
 & integre peracta cœlo intulit , unā cum his , di=  
 eta eis postliminiō die , reos agant ? Siquidem hos , ut  
 contumaces , ut rebelles , ut bonorum omnium mo=  
 rum corruptores , criminantur . Quid enim aliud est  
 ex horum interpretatione Barbatum esse , nisi con=  
 tumacem & impium esse ? Contumax enim est , qui  
 non uiuit ex lege : impius , qui repellitur à sacrīs . O  
 miserum igitur & infelicem Ioannem , qui frustra  
 Prophetarum uaticinationibus prænonstratus , omni=  
 um maximus futurus erat , qui frustra genium fra=  
 dauit , uitamq; sibi de legit duram & laboriosam , si  
 nunc tante sanctimonie uir , imprecationibus impe=  
 titus , perduellio decer. niur , qui reliquorum molliaeji ,  
 atque improbitati sese dedere recusarit . O male fe=

C iiiij riatum

riatum Iacobum, qui uitam semper egit integrā, pū  
 ram, incontaminatam, continentia moderationeque  
 summa commendabilem, si nunc ea de causa reus  
 efficitur, quia tonsores, & balnea, & unguenta,  
 deliciasq; id genus omnes, cane prius & angue de-  
 clinari. O calamitosum Hieronymum, cui nunc ob  
 Barbatī cognomentum, dies dicitur. Quid illi profuit  
 Romanas omnes delicias, ut integrimā uitā ageret,  
 evitasse, corpus in Aegypti solitudinibus macerasse,  
 ieiunijs, uigilijs, lucubrationibus continuis, uolupta-  
 tum omnium illecebras edomuisse, mortale genus  
 omni scriptorum genere instituisse, si nunc non ali-  
 am ob culpam, nisi quia virum exhibere uoluerit,  
 causam ē vinculis dicere compelletur? Quis enim  
 dubitet, si qui nunc Barbam nutriunt damnati fue-  
 rint, hos quoque & alios huius habitus autores,  
 eadem de causa ab accusatoribus nostris in discri-  
 men idem euocari? Hos autem si perconteris, quam-  
 nam affectatē huius mundicie causam afferant? du-  
 bio procul respondebunt, ne Sacrosancto CHRI-  
 STI sanguine intingantur pilī: Clamare enim non  
 desinunt, Sacro huic reverentiam undecunque præ-  
 standum. Sed quid obstat, obsecro, quo minus tan-  
 to illi mysterio reverentia prestetur, si homo Sas-  
 crificulus, mas potius; quam foemina, ut Alexis  
 diceret, uideatur? Ille enim nullum inesse pilis cri-  
 men, quod Deos offendat, ait, quorum qui  
 dem officium est, ut per eos unusquisque nostrum

se virum ostentet esse. An uero pili tam profani, tam  
sordidi, tam detestabiles sunt, ut sacrum id attingere  
non mereantur? Ceterum unguis, digiti, etiam inter-  
dum scabie putridi, uola, frons, cilia, cutis totius cor-  
poris reliqua, sacru nō in honeste tangere poterunt,  
sola Barba Deo, ut isti putant, inuisa, ab huiusmodi  
procul sacro summonenda? Atqui non hoc ijdem ipsi  
faciunt, qui talia tam sancte præcipiunt facienda.  
Quem enim horum inuenias tanta sanctimonia, ne di-  
cam simulatione, præeditum, ut Sacerdotum Aegyptio-  
rum in morem, quotidie rasitet? At nisi Barbam uel  
quotidie raserit, uel à cute radicitus semel extraxe-  
rit, a clivu est. Altero mox die sacrificaturus, pilis sa-  
crū cōtaminabit, atq; in eodē erit criminis, cuius Bar-  
batos insimulabat. Nō ea (inquiet) immūdices est dia-  
urni uel hebdomadarij pili, quæ nō strui, quæ annui,  
quæ seculi alicuius. Ac si dicerent, Nihil quicquā pec-  
cat is qui hebdomadariorum menstruumne uitulum ieiuni-  
nij tempore mensis apponit, sed qui grandiorē bouem  
epulatur. Ita prudētissimi accusatores nostri dicunt,  
Qui diurno uel hebdomadario pilo Sacru contige-  
rit, nequaq; peccat, sed qui menstruo uel annuo, pro-  
fanus est. Quæ quidē sententia & futilis est, & co-  
mentitia, neq; satis digna ut in ea confutanda uel  
minimum immoremur. Sed etim maxime uereor, ne  
sacrum hoc isti aliter, q; accipiendo est, accipient:  
utpote qui putant id posse ex accidentium contactu  
contaminari, polluiue, aut profanari. Divina illa res

est, ab omni humani corporis iniuria, tuta, ac longe  
 lateq; remota: cuius arcanū mēte cogitationeq; per-  
 apitur, nō sensu tāgitur, et attricatur: Neq; illi qc=  
 q; aliud offensionē afferre potest, q; impurus animus,  
 qui scelere nō eluto, assumere illud audeat: Reliqua,  
 utpote pili, ulcerosum, tabidūmne os, etiā si animam  
 uenenoso pestilētiq; halitu foetidā exhalet, ad Deum  
 nihil. Sed iam pueriles horū fabulas, uixq; aniculae-  
 rum cōmetatione dignas, omittamus, et quod graue,  
 quod optimum, pr̄stantissimumq; institutum est, Bar-  
 bas, qui uiri sumus, diligentissime custodiamus, cū ni-  
 hil omnino sit, quod Barbā faciat abominabile: Con-  
 trā uero luculentia, rasilitasue (ut ita dicam) siue ara-  
 te siue natura cuiq; cōtigerit, aut uitium, aut improbita-  
 tem, aut aliquid, quod non ita laudes omnino pr̄ se  
 ferat. At non decet (inquiunt) ut demum aliquid dicāt,  
 Sacerdotem animū tristitiae, mōrorem, aut luctum hac  
 bitu profiteri. En acres Christianæ pictatis vindictæ.  
 En hominum, qui se aliorum censores exhibent, gra-  
 uitatem, atq; seueritatem. Non decet (inquiūt) sacer-  
 dotem uirū quicq; pr̄ se ferre, quod non hilare sit,  
 et ridibūdum, quod nō festiuū & scenicū, ne obsec-  
 nū dicā. Sed faciamus hoc persuasum. Fuerit Barba  
 tristitiae luctusq; & afflicti animi signū. Mōrēdum  
 Sacerdotibus nō esse, neq; ullā cordis exulterationē  
 Epicureorū in morē admittendā dicitis? O saxeū pe-  
 tūs, O stuporem incōparabilem, O inauditā animo-  
 rum iuritatē. Non est mōrendū, hoc presertim tem-  
 pore

pore Sacerdotibus, cum nemo unus hodie sit, qui ride  
re possit? In omni re chara, ubi perdita fuerit, dole  
re natura cogimur: neq; matrem quispiā, nisi mentis  
inops, in funere nati flere uetat. Et Aulæ Romane  
Critici delicatuli, in nostris metu funeribus, in Italiæ  
totius euerstione, In Romanæ urbis excidio, fœdaq;  
direptione, In totius Christiani nominis multiplici ue  
xatione, In maximo undiq; imminetiū periculorū mo  
tu, In uniuersi demum orbis confusione, nos mœrere  
prohibeāt? Iacet q̄tacunq; est Italia in exustionis sue  
cineribus, neq; pars ulla magis his absunta flāmis,  
q̄ omnes sacerdotij ordines. Sub cineribus autē pru  
næ uigent ardētissimæ, quæ paulò post uidetur man  
dia lōge maiora præteritis suscitatur: Neq; formi  
dinē hāc licebit, si nō tāta quāta par eſet, uoce pos  
sumus, habitu saltē attestari, ut tāq̄ depositi squallore  
hoc, & miserabili fortunæ nostræ facie opem ab om  
nibus imploremus? At spectate, obsecro, hominum im  
portunitatem. Nos à tot Christiani nominis Princi  
bus deserti, habitiq; indignissimè sumus, quorum con  
ſilio permisſuq; in tā calamitosam obiecti prædā, et  
pti ad unum omnes, quotquot Romæ fuerunt, fortu  
nis & bonus omnibus expoliati, intolerabilibus tri  
butis exhausti, per summā acerbitatē & iniuriā, mi  
ſerrima queq; perpeſi, nullum adhuc tātis calamita  
tibus finē intuemur, tā amicis q̄ inimicis in Sacerdo  
tum bona, & eadum sacrarum direptiones quotidie  
magis irruentibus. Et ij nos perditissimo hoc, miser  
rimoq;

rimoq; tempore, in tantis Reipublicæ tenebris, tātaq;  
 rerum omnīū perturbatione, indignissimam ærūno=  
 sissime sortis infelicitatē ne quo modo lamentemur,  
 sub dirarum imprecationum metu uetare moliātur?  
 Inbiat uniuersus terrarum orbis apertis fauibus in  
 Italiae uiscera, cuius cū iam sanguinē omniem exuxe=  
 rint, quantulū cūq; reliquarum est, totum id demum  
 ab sumere menditātur. Septentrio[n]ales enim gentes  
 ab Romane pietatis institutis, Sanctissimisq; patrum  
 nostrorū preceptis alienæ factæ, Sacerdotes eiecerūt,  
 templa delubraq; omnia profanarunt, suūq; omnem  
 uiolentum furorem in uios Ecclesie Romane amicu=  
 cos effuderunt. Quaque demum latis Germania cā=  
 pis exporrigitur, uix unum aut alterum populū inue=  
 nias, qui non sit pietatis uiolatae tabe contaminatus:  
 Occidentales uero inter se tam diu, tāq; acriter dis=  
 cordes, immensos Christiano sanguine lacus explue=  
 runt, & quasi crudele nihil tot atrocissimis prælijs  
 actum sit, tantum nunc peditum, tantū equorum, tā=  
 tu nauium armant, ut nisi nos respiciat Deus, tamq;  
 inueteratas indignationes emolliat, maximorūnque  
 Principum discordias cōponat, aut Clementem, sum=  
 mun Pontificem, in quo omnis huius cōcordiae spes,  
 tā graui, tā diuturna, tā indigna ualetudine laboran=  
 tē, pristinē restituat incolumitati, in tā magno calamī  
 tatum cōcursu, nihil unq; miserabilius antea passa sit  
 uniuersa Italia. Hinc autem Meridionales Mauri,  
 Numide, Barcei, piraticam exercentes, oram omnem  
 Italie

Italiae maritimā quotidianis incursionibus depr̄edan-  
tur, omnisq; ea pars, quæ Tyrrheno alluitur, latro-  
cinatiū classibus infestatur, diripitur, desolatur. Oriē  
tales demū exercitibus tot in Europā, nostra magna  
cū clade, invisiſis, Pānoniā omnē cedibus, rapinis, et  
incēdijs uastauere: totq; castellis, tot oppidis, tot po-  
pulosisimis munitissimisq; urbibus occupatis, breui  
irrupturos se in Italiam minitātur, ut quā nos metiſi  
uā illis aperiuimus ingressi. Christianorū militū ex-  
emplo diuina humanaq; omnia uno codēq; exitio ue-  
xet, uiolēt, perturbent, euertētq; Et cōſores iſti ocio-  
ſiſimū rerū omnīū ſecuri, quia ſuē tātū deſidiæ con-  
ſulūt, quaſi magnū collabētibus Christianae Reipubli-  
cæ rebus auxiliū allaturi, de delicijs, de luxu, et igna-  
uia, de cute curanda depilandaq; cogitabūt? Satisq;  
nobis cōſulūt exiſtimabunt, ſi qua parte uirū oſtēdi-  
mus, noſmet effōrminauerimus? Hos ergo nimirū ua-  
lere iuſſerim, et ab honestorum cōſortio ſummotos,  
ablegādos aliquo, ubi poſthac ignoti deliteſcāt, et ſua  
quā tātū faciūt, ignavia perfruātur. Nihil nos in eos  
grauius decernamus, neq; enim illis quietē ſuā inui-  
demus, neq; illos odimur, q; ſibi adeò delicati ſint, dū  
modò bene grauiterq; iſtitutos mortaliū mores labe-  
factare nō audeāt, neq; poſſint. Sed qd ego plura cō-  
tra ratiōnē mollicē uobis diſerā, ſi ex antiquo-  
rū iſtitutis, sanctissimisq; præceptis ratio uobis alla-  
ta eſt, ac Barbā omnino pmittere debeamus, ut Chri-  
ſti ſcilicet et eius diſcipulorū, totq; aliorū integerri-

me uite patrum exempla, nobis sequenda proponamus, opprobria & ignominiosos euentus, mollicie suspensionē, et calūrias cui temus: Viri deniq; potius q̄ foemine uideamur. Nā quid Barbe demū nos pudeat, si quid Barba sit, ex ut graue honestumq; virum deceat, ostensu? Si quālū ad Sacerdotis dignitatem existimationemq; faciat, explorati? Si lege naturæ necessariam, lege scripta Deo gratam, Lege gratia nusq; improbatā reperimus? Si redargutus est aliter sentientium error? si de polluendo Sacro ambiguitas sublata, nec eā quicq; officere arcani mysterijs nostri reueretiae cōprobatum? Si summi nostræ pietatis Principes legē hāc de nō abradēdo aliquādiu destituēta, nobis exēplo suo sequendā proposuere? Si subsecutus est nō tacitus, non obscurus, sed uulgatissimus apertissimusq; totius Senatus, populorum, nationūq; penē omnium consensus, qui passim in eadē perstare sententia cōspiciuntur: Cur, obsecro, nō rationi potius q̄ abusui, nō exemplis laudatorum et illustriū hominum potius, q̄ superstitionū quorundā opinionibus adhucemus? Quod si mihi dicundē sententiæ cōcedatur locus, cēsuerim ego Votum perpetuum nūcul pandum, ne quispiā in posterū Sacris initiatus, Barbā tollat, Sanctissimorum Patronū more, qui gratissimum hoc Deo donum intelligentes, ita uocebant, cū se illi maxime cōciliare procurabāt. Quippe, ne Deū rursus aduersus nos concitemus, quem ob huiusmodi delicias, & quæ hinc resultant, effeminationes, ob luxum

luxum hoc genus, & molliciem, ob huiusmodi cutis  
eurationes, ustulationes, abrasus, uolionesq; indignas-  
tū, atrocissimas eas in Vrbē Romā, quas adhuc per-  
petuum, calamitates immisisse facile credendū: Ideo  
iussisse bona diripi, sumptuosiores & des uel cuerti uel  
incēdi: multaq; nimis laſauientium animorū oblecta-  
menta summoueri. Verum ubi nos ad meliorem men-  
tem redijisse confexit, & unūquēq; nostrum & ui-  
rum se esse, & sacris initiatū meminiſſe, castigatoq;  
luxu delitijs cōtemptis, mollicie procul ablegata, Bar-  
ba demum, quā paſsum omnes promitte & ceppimus, ui-  
rilis & constantis animi propositum testatos, mitiga-  
tum, dura illa & acerba incommoda in mitia atque  
mollia uertere ceppisse, & tandem aliquam diuturnis  
eladibus finem polliceri. Quod si priora illa repe-  
re cogitauerimus, maxime uereor, ne atrocius et im-  
placabilius ille mox indignatus, nobis ita succenſeat,  
ut nullus amplius futurus inde sit preābus locus, auer-  
sisq; à nobis luminibus, sit omnes calamitatum habe-  
nas remisurus, atq; ita, quod ipſe idē auerat, uniuersus  
hic concitat ad crudelitatem orbis totius furor in  
extremum ordinis nostri exitium cōuertatur, ac dea-  
num fanditus, tam nostrorum impietate, quam  
alienigenarum immanitate, truci-  
lētiāque deleanur.

1478789

卷之二

中興紀事



OCN 1304490021